

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Christus an calceatus an discalceatus incesserit diversæ sententiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

## 18 DE CALCEIS HEBRAOR.

id non evincere, cum ad religionem  
aut certum aliquem ritum referen-  
da sint. Etenim causae semper  
fuerunt singulares cur *ανυπόδητοι* in-  
cesserint Hebræi, qui vel in locis  
sacro erant nudipedes; vel diebus  
jejunii & expiationis, vel in pu-  
blicis calamitatibus, vel ob luctum

Lib. 2. cap. mortui, de quibus omnibus infra  
2. 3. 4. 5. prolixè disputamus.

IX. Quæ differuimus hactenus  
solvunt agitamat multum quæsti-  
oneim, utrum Christus in his terri-  
calceatus an discalceatus incesserit.  
Quæ curiositas, licet in re minimi  
dissensum tamen peperit inter Ec-  
clesiæ doctores, atq; ita quidem, u-  
in partes sit itum. Jam olim Hi-  
ronymus discalceatum incepit  
Christum contendit, eo usus ar-  
gumento quod calceamenta pro-  
hibuerit suis Apostolis. Moys  
inquit, *& Iesu Nave nudis in sa-  
ram sanctam pedibus jubentur incedere*  
*& discipuli sine calceamentorum onus*  
*& vinculis pellum ad prædicatio-*  
*noui Euangeli destinantur.* Et mil-  
ites vestimentis Iesu sorte divisiti  
caligas non habebant quas tollerent.  
Nec enim poterat habere dominus

Hier. in  
Epist. ad  
Eustochiu-  
m de  
Custod.]  
Virgin.

quod prohibuerat servis h. e. *Apostolis.*  
 In eadem cum Hieronymo sententia sunt Dionysius Carthusianus,  
 Bonaventura, Nicolaus de Lyra,  
 & Alphonsus Tostatus Abulensis  
*Episcopus.* Contra calceatum in  
 his terris incessisse Christum, ex  
 Johannis Baptiste dicto, qui se  
 dignum negat ut ejus calceos por-  
 tet, vel solvat corrigiam, colle-  
 gerunt Patres doctissimi Joannes Chrys. ad  
 Chrysostomus & Augustinus, <sup>Pop.</sup>  
 quos ex recentioribus Paulus <sup>Antioch.</sup>  
 Burgenis, Thomas Cajetanus, <sup>Hom. 6.</sup>  
 Toletus, Barradius, & complu- <sup>Aug. Serm.</sup>  
 res alii Romanæ Ecclesiæ Docto- <sup>42. de</sup>  
 res sequuntur. Eandem quæstio- <sup>Sanct.</sup>  
 nem etiam prolixè tractavit doctis- <sup>cap. 6.</sup>  
 simus Balduinus, atque ita quidem <sup>Bald. de</sup>  
 ut calceatum incessisse Christum <sup>Cal. antiqu.</sup>  
 velit.

X. Hæc quidem curiosa quæ-  
 stio, neque magni momenti, facile  
 deciditur ex Hebræorū prisca con-  
 fuetudine, qui nudis pedibus non in-  
 cesserunt. Etenim *ανυπαρθητικός* in vul-  
 gari usu inter ipsos non fuit. Ut  
 in errore versentur, qui Christum  
 negant calceatum. Nam à more,  
 & quidem vetusto, atq; inter omnes

vul-